Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quoq; qs regenerare dignatus es ex aqua et
spiritu tribuens es remissionem omnium peccatorum.
Quesumus domine ut placatus accipias :~
In festo ascensionis domini. infra octavam et in octava.

Oremus. Eterne deus. per christum dominum
nostrum. Qui post resurrectionem suam om
nibus discipulis suis manifestus apparuit. et ipsis cernentibus est elevatus in ce
lum. ut nos divinitatis suae tribueret es
se participes. Et ideo. Communicantes et diem sacratissimum celebrantes quo dominus noster unigenitus filius tuus nostram sibi fragilitatis nostre substantiam in gloria tue dextera collocavit. Sed et memoriam venerantes in primis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdem dei. &c. In vigilia pentecostes et in die eius sancto et infra eius octavam prefatio.